

tuit (1). (67. Quod æstimatio in actione ex contractu bonæ fidei fiat secundum tempus evictionis, in actione vero ex stipulato attendatur tempus evictionis; Franzk. ad t. de Evict. 837. et plur. sequ. (68. Et hæc cum

EXAMEN, EXAMINARE, EXAMINARI, EXAMINATORES SYNODALES.

SUMMARIUM.

1. Examen novum non est necessarium in permutationibus Ecclesiarum Parochialium. — 2. Si vero adsit magna inæqualitas Parochianorum, aut permutantes non fuerint examinati eo tempore, quo Parochiales adepti sunt, aut permutationes sint de Beneficio simplici, et Curato, tunc licet non sit necessarius concursus, est tamen necessarium examen. — 3. Examen novum requiritur in quolibet ascensu, etc. — 4. Præsentati ad Beneficia simplicia absque prævio examine Episcopi institui non possunt ab iis, ad quos institutio spectat. — 5. Beneficia in Ecclesiis Patrimonialibus, sive receptivis, numeratis, et non numeratis nullus consequi potest sine prævio examine, et approbatione Episcopi. — 6. Examen delegari potest ab Episcopo, cui directæ sunt Bullæ alicujus simplicis Beneficii conferendi Clerico absentem, in forma dignum, præsertim si is longe absit, aut ægrotet. — 7. Examen, et approbatio Vicariorum ad curam animarum positurum in Ecclesiis unitis Ordini S. Joannis Hierosolymitani, ad Episcopum pertinet. — 8. Examinare non potest Episcopus ad Beneficium simplex illum, quem jam examinaverat, pro Ordinis Sacri promotione. — 9. An, et quatenus Episcopus possit Parochos rite, ac recte semel approbatos iterum, ac pluries examinare? — 10. Examinatus in Curia, et idoneus repertus ad Canonicatum Cathedralis, et de eo a Sede Apostolica provisus, non debet ab Episcopo iterum examinari ad suscipiendum Ordinem Sacrum Canonicatus annexum. — 11. Examinandus non est ab Ordinario super literatura, seu idoneitate scientiæ provisus per Sedem apostolicam in forma dignum de Canonicatu, cujus Ordinem requisitum habet. — 12. Examinatus ad Beneficium, vel officium non tenetur ad aliud simile se iterum examini subicere, secus si ad majus vel dissimile. — 13. Examinandi de novo sunt, et per Ordinarium approbandi cæpti beneficiari in quolibet ascensu. — 14. Examinato, et approbato in Urbe ad Curam animarum non possunt ab Episcopo Ordines denegari sub prætextu insufficientis literaturæ. — 15. Generaliter approbatus ad aliquod Officium in Curia non examinatur ad idem ab Ordinario. — 16. Clerici degentes Romæ non possunt extra eam promoveri ad Ordines sine examine, et licentia Eminentissimi Vicarii. — 17. Examinare potest Episcopus Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt. — 18. Regulares prævio examine semel approbati non possunt iterum ab eodem Episcopo examinari. — 19. Superveniente tamen aliqua rationabili, et justa causa, quæ ipsas Confessiones concernat, possunt Regulares, a Confessionibus audiendis suspendi, et iterum examinari ab eodem Episcopo, qui semel eos approbavit. — 20. Regulares pro Confessionibus excipiendis possunt examinari ab Episcopo, etiam si sint Lectores, et Magistri Theologiæ. — 21. Quicumque Confessarius quantumvis Regularis simpliciter approbatus ab Episcopo Ante-

(1) Circa retractum conventionalem contrariam videtur sequi opinionem Voet. in Pandect. lib. 21, tit. 2, num. 2. Eo quia pactum de retrovendendo rem non afficiat, et actio tantum personalis contra pacta non servanda datur. (EDIT. BARBIELL.)

(2) Hic queri commode potest an inter cohæredes evictio detur, et si eorum alteri res obvenerit, quæ deinde fuerit evicta, an evictionem passus contra

distinctione intelligi debet Rota, dum inquit pretium solvendum esse spectato tempore evictionis, ut in Romana seu Januena officii vacabilis 16 Junii 1748. et 12 Maii 1749. cor. R. P. D. Elephant (2).

cessore potest iterum examinari, et si minus idoneus repertus fuerit, reprobari ab Episcopo successore. — 22. Quamvis autem possint Confessarii Regulares iterum examinari ab Episcopo successore, non tamen iterum examinari possunt a Vicario Capitulari, Sede Vacante, nec ab ipso revocari potest eorum facultas, et approbatio habita ab Episcopo, seu Ordinario defuncto. — 23. Et neque Vicarius Apostolicus examinare potest approbatos ab Episcopo. — 24. Et multo minus Vicarius Generalis Episcopi. — 25. Examinatorum Synodaliu electio fieri debet nomine, et cognomine, non vero titulo Officii, seu Dignitatis tantum expresso. — 26. Electio Examinatorum Synodaliu faciendâ est in Synodo formali, non autem in Congregat. Cleri, licet Congreg. Synodalis denominaretur. — 27. Examinatores, qui ab Episcopo propositi fuerint, possunt probari a Synodo, tam per vota secreta, quam aperta, et Episcopus eum modum in probatione potest facere servari quem magis expedire judicaverit. — 28. Examinatores ad minus sex debent eligi quotannis in Synodo Diocesana. — 29. Examinatores Synodales in Synodo ad summum viginti eligi possunt. — 30. Examinatores Synodales debent ad Sancta Dei Evangelia jurare se fideliter munus suum executuros. — 31. Hoc juramentum est de forma substantiali, eoque deficiente, Examinatores non dicuntur legitimi, et concursus factus coram eis ante præstitum juramentum est nullus. — 32. Et taliter est de forma substantiali juramentum, ut ipso deficiente ex parte unius solum Examinatoris, vitietur totus actus. — 33. Sufficit tamen, quod hoc juramentum sit semel præstitum, sive in Synodo, sive extra Synodum. — 34. Examinatores Synodales non possunt quidquam prorsus occasione examinis, nec ante, nec post accipere, alioquin Simonie vitium, tam ipsi, quam alii dantes incurrunt, a qua absolvi nequeunt, nisi dimissis Beneficiis, quæ quomodocumque antea obtinebant, et ad alia in posterum inhabiles redduntur. — 35. Quacumque etiam immemorabili consuetudine non obstante. — 36. Examinatores non possunt quidquam pro labore, vel titulo stipendii ad sustentationem, ex fructibus Beneficii vacantis, vel alia ratione, accipere. — 37. Non potest Ordinarius statuere aliquod stipendium etiam minimum Examinatoribus, et si Synodus Diocesana secus statuerit, decretum est irritum, et nullum. — 38. Examinatores privantur Beneficiis antea obtentis, si occasione examinis, sive post aliquid accipiant, etiam gratis et liberaliter dandum, etiam si res modica sit, et levis momenti. — 39. Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renuntiare Episcopo, quos idoneos repererint. — 40. Approbatus dicitur in concursu, qui ultra dimidium vocum fuerit consecutus, quamvis alius omnia suffragia prospera reportaverit. — 41. Examinatores convenientius palam inter se sua vota conferre debent. — 42. Examinatores debent dare vota sua, dum simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim, sicut Episcopus, ubi

cohæredes valeat de evictione agere. Alii affirmant, alii negant; sed rectius meo judicio sentire videtur Voet. in Pandect. lib. 10, tit. 2, num. 1, qui eandem, quam supra tradit Auctor in legatis, inter cohæredes observandam esse distinctionem putat, et nempe favore conjunctorum sit locus evictioni, secus vero favore extraneorum, et fufius de hoc idem auctor de Familia eriscunda cap. 2. (EDIT. BARBIELL.)

datur locus accessui, debet accedere Examinatoribus simul congregatis. — 43. Examinatores tenentur facere relationem, etiam circa mores, ætatem, et reliqua, et debent renuntiare quotquot idonei iudicati fuerint, Episcopus vero debet ex iis, qui renuntiati fuerint magis idoneum eligere. — 44. Examinatoribus approbantibus alicquem tamquam magis idoneum in scientia, cujus tamen mores ignorantur, et habentibus alium non tam doctum, sed ab eis cognitum, et approbatum in omnibus, hic ultimus est preferendus. — 45. Non spectat ad Examinatores, sed ad solum Episcopum judicare, quis ex concurrentibus ad Parochiam vacantem sit magis idoneus. — 46. Examinatores debent vota sua dare, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, potest enim cui maluerit ex approbatis Beneficium conferre non habita ratione calculorum ipsorum votorum. At debet expectare, ut Examinatores renuntient quos judicaverint idoneos. — 47. Idonei, et approbati dicuntur illi, qui habent majorem partem votorum favorabilium, quamvis minor pars eos reprobat, quæ major pars constituit etiam per dimidium votum, quod excedat medietatem. — 48. Episcopus potest eligere etiam extra locum examinis,

(1) Examen novum non est necessarium in permutationibus Ecclesiarum Parochialium. Sic decisum fuisse a Sac. Congreg. Conc. refert Garcias p. 6. c. 2. num. 165. (2) Si vero adsit magna inæqualitas Parochianorum, aut permutantes non fuerint examinati eo tempore, quo Parochiales adepti sunt, aut permutationes sint de Beneficio simplici, et Curato, tunc licet non sit necessarium examen, ex citata decisione Sacre Congreg. Concil. relata a Garcia dict. part. 6. c. 2. n. 165. (3) Examen novum requiritur in quolibet ascensu, qui sit in aliquibus Ecclesiis, occurrente vacatione Canonicatus, ad quem solet institui antiquior portionarius, ad portionem antiquior Beneficiatus, ad Beneficium antiquior expectans. Sic resolutum fuisse refert Garcia de Beneficiis part. 9. cap. 3. n. 19. (4) Præsentati ad Beneficia simplicia absque prævio examine Episcopi institui non possunt ab iis, ad quos institutio spectat. Sic decisum fuisse refert Garcia dict. part. 9. c. 3. num. 19. ad 2. (5) Beneficia in Ecclesiis patrimonialibus, sive receptivis numeratis, et non numeratis, nullus consequi potest sine prævio examine, et approbatione Episcopi. Sic resolutum fuisse refert Garcia dict. part. 9. cap. 2. num. 183. (6) Examen delegari potest ab Episcopo, cui directæ sunt Bullæ alicujus simplicis Beneficii conferendi Clerico absentem, in forma dignum, præsertim si is longe absit, aut ægrotet; Sac. Congreg. Concil. teste Sellio in selectis Canonice, cap. 21. num. 70. (7) Examen, et approbatio Vicariorum ad Curam animarum positurum in Ecclesiis unitis Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, ad Episcopum pertinet; Sac. Cong. Conc. in Augustana 4 Decembris 1631. (8) Examinare non potest Episcopus ad Beneficium simplex illum, quem jam examinaverat pro ordinis Sacri promotione. Sic resolutum Garcia dict. p. 9. cap. 4. num. 15. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 2. cap. 3. quæst. 33. in fine, Barbosa supra Concil. sess. 7. cap. 13. n. 11. et alii. (9) An, et quatenus episcopus possit Paro-

chos rite ac recte semel approbatos, iterum ac pluries examinare? Vide verb. Parochus art. 1. a num. 21. ad num. 28. (10) Examinatus in Curia, et idoneus repertus ad Canonicatum Cathedralis, et de eo a Sede Apostolica provisus non debet ab Episcopo iterum examinari ad suscipiendum Ordinem Sacrum Canonicatus annexum; Sac. Cong. Concil. die 12 Februarii 1598. (11) Examinandus non est ab Ordinario super literatura, seu idoneitate scientiæ, provisus per Sedem Apostolicam in forma dignum de Canonicatu, cujus Ordinem requisitum jam habet: ii vero qui Sacros Ordines nondum susceperunt, examinandi sunt, an illa habeant adjumenta doctrinæ, quæ ex præscripto Sacri Concilii Trident. necessaria sunt illi Sacro Ordini, qui Canonicatus, quem consequi volunt, erit annexus; sic decisum fuisse a Sac. Congreg. Concil. refert Garcia de Benefic. p. 6. c. 2. n. 234. Barbosa de Canon. et dignit. c. 13. num. 7. et 8. et in Summa Apostolicar. decis. verb. Examen, Examinare, num. 10. et Fagnan. lib. 1. Decret. in cap. Accepimus 14, de Ætate et qualitat. n. 14. ubi dicit, sic a Sacra Congregat. Conc. fuisse responsum Cardinali Borromæo. (12) Examinatus ad Beneficium, vel Officium non tenetur ad aliud simile se iterum examini subicere; Secus si ad majus, vel dissimile; Fagnan. loc. cit. num. 39. ubi testatur sic probasse Sac. Congreg. Concilii. (13) Examinandi de novo sunt, et per Ordinarium approbandi cæpti beneficiari in quolibet ascensu; Sac. Cong. Con. teste Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 34. num. 74. (14) Examinato, et approbato in Urbe ad Curam animarum non possunt ab Episcopo Ordines denegari sub prætextu insufficientis literaturæ; Sac. Congr. Episcop. et Regul. in Sutrina 26 Januar. 1594. (15) Generaliter approbatus ad aliquod Officium in Curia non examinatur ad idem ab Ordinario; Sac. Congreg. Episcop. et Regul. 15 Maii 1647. (16) Clerici degentes Romæ non possunt extra eam promoveri ad Ordines sine examine, et licentia Eminen-

et absentibus ipsis Examinatoribus. — 49. Episcopus in paritate votorum potest accedere cui voluerit, et aliquam ex non approbato facere approbatum. — 50. Affertur propositum dubium, et responsio Sacre Congregationis. — 51. In Diocesi, in qua sunt duæ Cathedrales unite, an sint deputandi in qualibet Examinatores distincti ab aliis alterius Cathedralis? — 52. Alia ad rem Remissive. — 53 ad 54. Forma examinis pro collatione Ecclesiarum Parochialium. — 55. Examinatores præter doctrinam expendere debent cæteras dotes in Parocho requisitis. — 56. Quando examen iterari conceditur. — 57. Etiam Regulares ante ordinationem examini subijci debent. — 58 ad 67. De electione Examinatorum Synodaliu. — 68. Quando Examinatores solum idoneos designare debent. — 69 ad 70. Quomodo Examinatores ferunt suffragia. — 71 ad 74. Examinatores in concursu ad Parochiales referre debere non solum de doctrina, verum etiam de moribus. — 75 ad 88. An eligente majori parte Capituli inhabilem sub conditione dispensationis, minore vero parte habilem, non obtenta dispensatione intra terminum juris, consolidetur totum jus ipsius Capituli in minore illa parte.

chos rite ac recte semel approbatos, iterum ac pluries examinare? Vide verb. Parochus art. 1. a num. 21. ad num. 28. (10) Examinatus in Curia, et idoneus repertus ad Canonicatum Cathedralis, et de eo a Sede Apostolica provisus non debet ab Episcopo iterum examinari ad suscipiendum Ordinem Sacrum Canonicatus annexum; Sac. Cong. Concil. die 12 Februarii 1598. (11) Examinandus non est ab Ordinario super literatura, seu idoneitate scientiæ, provisus per Sedem Apostolicam in forma dignum de Canonicatu, cujus Ordinem requisitum jam habet: ii vero qui Sacros Ordines nondum susceperunt, examinandi sunt, an illa habeant adjumenta doctrinæ, quæ ex præscripto Sacri Concilii Trident. necessaria sunt illi Sacro Ordini, qui Canonicatus, quem consequi volunt, erit annexus; sic decisum fuisse a Sac. Congreg. Concil. refert Garcia de Benefic. p. 6. c. 2. n. 234. Barbosa de Canon. et dignit. c. 13. num. 7. et 8. et in Summa Apostolicar. decis. verb. Examen, Examinare, num. 10. et Fagnan. lib. 1. Decret. in cap. Accepimus 14, de Ætate et qualitat. n. 14. ubi dicit, sic a Sacra Congregat. Conc. fuisse responsum Cardinali Borromæo. (12) Examinatus ad Beneficium, vel Officium non tenetur ad aliud simile se iterum examini subicere; Secus si ad majus, vel dissimile; Fagnan. loc. cit. num. 39. ubi testatur sic probasse Sac. Congreg. Concilii. (13) Examinandi de novo sunt, et per Ordinarium approbandi cæpti beneficiari in quolibet ascensu; Sac. Cong. Con. teste Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 34. num. 74. (14) Examinato, et approbato in Urbe ad Curam animarum non possunt ab Episcopo Ordines denegari sub prætextu insufficientis literaturæ; Sac. Congr. Episcop. et Regul. in Sutrina 26 Januar. 1594. (15) Generaliter approbatus ad aliquod Officium in Curia non examinatur ad idem ab Ordinario; Sac. Congreg. Episcop. et Regul. 15 Maii 1647. (16) Clerici degentes Romæ non possunt extra eam promoveri ad Ordines sine examine, et licentia Eminen-

chos rite ac recte semel approbatos, iterum ac pluries examinare? Vide verb. Parochus art. 1. a num. 21. ad num. 28. (10) Examinatus in Curia, et idoneus repertus ad Canonicatum Cathedralis, et de eo a Sede Apostolica provisus non debet ab Episcopo iterum examinari ad suscipiendum Ordinem Sacrum Canonicatus annexum; Sac. Cong. Concil. die 12 Februarii 1598. (11) Examinandus non est ab Ordinario super literatura, seu idoneitate scientiæ, provisus per Sedem Apostolicam in forma dignum de Canonicatu, cujus Ordinem requisitum jam habet: ii vero qui Sacros Ordines nondum susceperunt, examinandi sunt, an illa habeant adjumenta doctrinæ, quæ ex præscripto Sacri Concilii Trident. necessaria sunt illi Sacro Ordini, qui Canonicatus, quem consequi volunt, erit annexus; sic decisum fuisse a Sac. Congreg. Concil. refert Garcia de Benefic. p. 6. c. 2. n. 234. Barbosa de Canon. et dignit. c. 13. num. 7. et 8. et in Summa Apostolicar. decis. verb. Examen, Examinare, num. 10. et Fagnan. lib. 1. Decret. in cap. Accepimus 14, de Ætate et qualitat. n. 14. ubi dicit, sic a Sacra Congregat. Conc. fuisse responsum Cardinali Borromæo. (12) Examinatus ad Beneficium, vel Officium non tenetur ad aliud simile se iterum examini subicere; Secus si ad majus, vel dissimile; Fagnan. loc. cit. num. 39. ubi testatur sic probasse Sac. Congreg. Concilii. (13) Examinandi de novo sunt, et per Ordinarium approbandi cæpti beneficiari in quolibet ascensu; Sac. Cong. Con. teste Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 34. num. 74. (14) Examinato, et approbato in Urbe ad Curam animarum non possunt ab Episcopo Ordines denegari sub prætextu insufficientis literaturæ; Sac. Congr. Episcop. et Regul. in Sutrina 26 Januar. 1594. (15) Generaliter approbatus ad aliquod Officium in Curia non examinatur ad idem ab Ordinario; Sac. Congreg. Episcop. et Regul. 15 Maii 1647. (16) Clerici degentes Romæ non possunt extra eam promoveri ad Ordines sine examine, et licentia Eminen-

tissimi Vicarii, ut ex sequenti Edicto: « Universis, et singulis Clericis, nunc, et in futurum pro tempore in Urbe commorantibus ad Minores, vel Sacros, etiam Presbyteratos, Ordines promoveri volentibus, de mandato S. D. N. Alexandri Papæ VII. vivæ vocis oraculo desuper facto, edicimus, et præcipimus, ne de cætero extra eandem Urbem, etiam vigore litterarum dimissorialium suorum Ordinariorum, vel cujusvis alterius facultatis, ad dictos Ordines promoveri se faciant, nisi prævio Examine ab Examinatoribus in Urbe deputatis idonei reperti, et approbati fuerint, ac a Nobis licentiam in scriptis obtinuerint. Qui secus fecerint ab Ordinum executione eò ipso suspensi sint, et existant, donec a S. D. N. Papa; et Sancta Sede Apostolica absolutionis, et habilitationis gratiam obtinuerint, prout alias tempore felic. record. Clementis VIII. litteræ desuper publicatæ fuerunt, et in Secretaria nostrasemper publice affixæ permanserunt, etc. » 11 Augusti 1656, M. A. Episcopus Jerap. Vicesgerens.

(17. Examinare potest Episcopus Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt: Sac. Cong. Concil. in Ugentin. 22 Jan. 1628. Clemens X. in Constitut. incip. *Superna*, ibi: « Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, et discretum esse debet, visum fuerit, et licentiam prædicandi semel eisdem concessam ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendere. » (18. Regulares prævio examine semel approbati non possunt iterum ab eodem Episcopo examinari; Sic S. Pius V. Constitut. incipien. *Romani Pontificis*, ibi: « Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in Civitate, et Diocesis suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. » Quod item declaravit Sac. Congreg. Concilii his verbis: Congregatio Concilii censuit *Regulares ad audiendum sæcularium Confessionem in Civitate, et Diocesi ab Episcopo prævio examine approbatos, iterum ab eodem examinandos non esse; cæterum posse iterum a Successore examinari juxta Constitutionem Sanctæ mem. Pii V.*

(1) His, quæ a nostro Auctore numero hoc et superioribus tradita sunt, lucem afferunt, quæ habet Prosper Cardinalis Lambertinus, deinde Benedictus XIV. Institut. 86, num. 7 et seqq. ex quibus nos aliqua opportune attulimus verb. *Approbatio* Art. 1, in Addit. an num. 62. Nunc alia, quæ ad rem pertinent, proferemus. Igitur n. 10. « Illud etiam, inquit, perspectum habemus Gregorio XIII. (Const. 9) redactam fuisse ad pristinam sententiam juris Pontificii, ac Tridentinæ Synodi Sancti Pii V. Constitutionem (num. 135, § 2) ob quam Regulares semel ad Confessiones audiendas ab aliquo Episcopo probati, examinari amplius non debent, nisi ab Episcopo, qui

dat. octavo idus Augusti 1571, » et statuit Clem. X. in citat. Constit. *Superna* § 3, ibi: « Regulares vero ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio examine simpliciter, et absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo; secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari; nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. » (19. Superveniente tamen aliqua rationabili, et justa causa, quæ ipsas Confessiones concernat, possunt Regulares a Confessionibus audiendis suspendi, et iterum examinari ab eodem Episcopo, qui semel eos approbavit: Clemens X. in dict. Constitut. *Superna*, per allata verba, ibi: « Nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, et Sac. Congreg. Concil. quæ proposito dubio: « An Regulares simpliciter in examine rigorose semel approbati possint iterum examinari ab eodem Episcopo? » die 7 Febr. 1654, censuit *Regulares simpliciter in examine rigorose semel approbatos, non posse iterum examinari, nisi novâ superveniente causa.* (20. Regulares pro Confessionibus excipiendis possunt examinari ab Episcopo, etiamsi sint Lectores, et Magistri in Theologia; S. Pius V. cit. Const. incip. *Romani Pontificis* (1).

(21. Quicumque Confessarius, quantumvis Regularis simpliciter approbatus ab Episcopo Antecessore, potest iterum examinari, et si minus idoneus repertus fuerit, reprobari ab Episcopo Successore; Sic S. Pius V. in cit. Constitut. incip. *Romani Pontificis*, ibi: « A successore autem Episcopo pro majori conscientiæ suæ quiete examinari de novo poterunt, et si minus idonei reperti fuerint, reprobari. » Item cit. Sac. Congreg. Concil. per hæc verba: *Cæterum posse iterum a Successore examinari.* Et idem sanxit Urban. VIII, 20 Augusti 1629, et Clemens X. in cit. Constitut. *Superna* per illa verba: « Secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos. » (22. Quamvis autem possint Confessarii Regulares iterum examinari ab Episcopo Successore, non tamen iterum examinari possunt a Vicario Capitulari, sede vacante, nec ab ipso revocari

in ejus locum sufficitur, si aliqua religione, metuque teneatur. » Et num. 8. « Tridentina Synodus Episcoporum arbitrio permisit eos in examen vocare, quos ad Confessiones Fidelium audiendas designat: *Per examen, si illis videbitur.* Sacra Congregatio Sancti Officii anno 1640, illos improbat, qui contendebant Sacerdotibus Sacræ Theologiæ, et juris Pontificiæ Lauream donatis haud requiri facultatem, et examen Episcopi. Sanctus Pius V. indixit etiam Regularibus, licet dignitatem inter cæteros obtinentibus, ut examen Episcoporum subeant, si Confessiones excipere velint. » (EDIT. BARBIELL.)

potest eorum facultas, et approbatio habita ab Episcopo, seu Ordinario defuncto, per abunde adducta verb. *Approbatio* art. 1, a num. 34 ad 59. (23. Et neque Vicarius Apostolicus examinare potest approbatos ab Episcopo; Sac. Congreg. Concil. in una Civitatis Castellane 22 Februarii 1592: (24. Et multo minus Vicarius Generalis Episcopi; ead. Sac. Cong. in una Reatina 8 Junii 1599, apud Nicol. part. 2, *Lucubrat. canon.* lib. 5, tit. 38, de *Pœnitent. et remiss.* num. 9.

(25. Examinatorum Synodaliū electio fieri debet nomine, et cognomine, non vero titulo Officii seu dignitatis tantum expresso, et Clero Synodoque congregato nominatum, non autem in genere proponendi sunt, ut ab eodem approbentur, alias illorum deputatio nulla esset; Sac. Congreg. Concil. in Sipontina Concursus 14 Februar. 1693. Rota in Hortana Parochialis coram Molines 4 Maii 1693. Monacell. tom. 1, tit. 5, formul. 3, num. 16, cum multis aliis ibi citatis (1). (26. Electio Examinatorum Synodaliū faciendâ est in Synodo formali, non autem in Congregatione Cleri, licet Congregatio Synodalis denominaretur, prout declaravit Sac. Congreg. Concil. in Concordien. 8 Maii 1684, in qua cum fere per sæculum Judices, et Examinatores Synodales electi fuissent in Congregatione, quæ singulo anno convocabatur cum interventu Capituli, et omnium Parochorum sub denominatione Synodali, attento communi errore, et bona fide, Concursus, de cujus validitate dubitabatur, sustinendum putavit, addito, *Et ad mentem*; et mens fuit, quod injungeretur Episcopo, ut cogeret in futurum Synodum solemniter, et deputaret Examinatores Synodales. (27. Examinatores, qui ab Episcopo propositi fuerint, possunt reprobari a Synodo tam per vota secreta quam aperta, et Episcopus eum modum in probatione potest facere servari, quem magis expedire judicaverit; Sac. Congreg. Concil. teste Piasec. in *Praxi Episc.* part. 2, cap. 2, num. 4 (2), et ead. Sac. Congreg. Concil. in una Fulginaten. 3 Decemb. 1644, ad cap. 18, sess. 15, de *Reform.* ubi ad dubium: « An electio, seu approbatio Examinatorum Synodaliū sustineatur, si non fiat per vota secreta? » Respondit, *sustineri arbitrio Episcopi.* (28. Examinatores ad minus sex debent eligi quotannis in Synodo Diocæsana, textu expresso in Tridentino sess. 24, cap. 18, ubi: « Examinatores autem singulis annis in Diocæsana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui

(1) Benedictus XIV. *De Synodo Diocæsana* lib. IV, c. VII, n. V, propositis controversiis, quæ ex designatione Synodaliū Examinatorum sub solo appellativo nomine dignitatis, seu officii oriri solent, subdit: « Ad tot itaque præcavendas, et obtruncandas controversias, consultius erit, ut Synodales Examinatores sub proprio et expresso ejusque nomine, et cognomine, ab Episcopo proponantur, atque a Synodo approbentur. » (EDIT. BARBIELL.)

(2) Et Benedicto XIV, loco mox citato num. 5, ubi ipsa S. Congregationis in epistola ad Patriarcham Venetiarum, die 11 Julii 1592, verba profert. (EDIT. BARB.)

Synodo satisfaciant, et ab eo probentur. » (29. Examinatores Synodales in Synodo ad summum viginti eligi posse, tenent Aldan. in *Compend. Canoniarum Resolut.* lib. 3, tit. 9, num. 29, et Barbosa super *Trident.* loc. cit. n. 83, et in *Summ. Apostolicar. decis.* verb. *Examinatores Synodales* num. 4, attestantes ita fuisse decisum a Sac. Congreg. Concil. in Cæsaraugustana 13 Martii 1623 (3).

(30. Examinatores Synodales debent ad Sancta Dei Evangelia jurare se fideliter munus suum executuros, textu expresso in *Trident.* loc. cit. ibi: « Jurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia, se quacumque humana affectione postposita fideliter munus executuros. » (31. Hoc juramentum est de forma substantiali, eoque deficiente Examinatores non dicuntur legitimi, et Concursus factus coram eis ante præstitum juramentum est nullus: Sac. Congreg. Conc. in una Bisignan. 2 Decemb. 1628, ubi censuit: « Concursus factus non præstito juramento ab Examinatoribus Synodalibus fuisse nullos; sed ex gratia convalidandos, facto verbo cum Sanctissimo, qui convalidavit, et confirmavit, » ut refert Barbosa supra *Concil. Trident.* loc. cit. num. 105, et in tract. *de Parochia* cap. 2, num. 78, et in *Summ. Apostolic. decis.* verb. *Concursus* num. 18, et tenent Doctores communiter. (32. Et taliter est de forma substantiali juramentum, ut ipso deficiente ex parte unius solius Examinatoris vitietur totus actus, ut cum multis a se citatis tenet Card. de Luca *de Parochis* discurs. 3, num. 4, et disc. 37, num. 14. (33. Sufficit tamen, quod hoc juramentum sit semel præstitum sive in Synodo, sive extra Synodum. Non enim requiritur quod juramentum præstetur in Synodo; ut communiiter tradunt *Garcias de Benefic.* part. 9, cap. 2, num. 359. *Lotter. de Re benefic.* lib. 2, quæst. 31, num. 94. *Pax. Jord.* tom. 2, lib. 10, tit. 8, num. 133. Card. de Luca *de Paroch.* disc. num. 6. *Gavant. in Praxi Synod.* cap. 31, num. 8. *Pignatell.* tom. 1, consult. 13. *Monacell.* t. 1, form. 7, num. 3, et alii passim, et desumitur ex ipso Trident. loc. cit. quia cum ibi Concilium concedat posse eligi Examinatores etiam Regulares, qui non interveniunt in Synodo, manifeste colligitur, quod extra Synodum possint hujusmodi juramentum præstare, et fuit expresse decisum a Rota in una Fanen. Parochialis 28 Junii 1596, coram Corduba (4).

(34. Examinatores Synodales non possunt quidquam prorsus occasione examinis, nec

(5) Confer Benedictum XIV, *De Synodo Diocæsana* lib. 4, cap. 7, num. 5. (EDIT. BARBIELL.)

(4) Hinc Benedictus XIV, loc. cit. num. 6, scribit ab electis Examinatoribus Synodalibus ejusmodi juramentum in ipsa Synodo emittendum esse, si illi Synodo adsint; sin minus, coram Episcopo, aut ejus Vicario. Tum subdit: « Quamvis... Tridentinum, juramentum ab illis præstandum dixerit ad sancta Dei evangelia; attamen *Gavantus* citat. cap. 31, annot. 7, nihil referre affirmat, an super Evangelia, vel sacras Sanctorum Reliquias præstetur. » (EDIT. BARBIELL.)

ante, nec post accipere, alioquin Simonæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrunt, a qua absolvi nequeunt nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, et ad alia in posterum inhabiles redduntur, textu expresso in *Trident.* d. sess. 24. cap. 18. ibi: « Caveant, ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant; alioquin Simonæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrant, a qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, et ad alia in posterum inhabiles reddantur. » (35. Quacumque etiam immemorabili consuetudine non obstante, ut censuit Sac. Cong. teste Barbosa *de Offic. et potest. Episcop.* allegat. 60. num. 52. (36. Examinatores non possunt quidquam pro labore, vel titulo stipendii ad sustentationem ex fructibus Beneficii vacantis, vel alia ratione accipere. Garcias *de Benefic.* part. 5. cap. 7. num. 11. et part. 9. cap. 2. num. 374. Riccius *in Praxi* part. 4. resolut. 76. n. 4. Barbosa *super Trident.* loc. cit. num. 107. et alii. (37. Non potest Ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimum, Examinatoribus deputatis in Synodo pro Concursu Parochialium, et si Synodus Diœcesana secus statuerit, decretum est irritum, et nullum. Sic decisum fuisse Sac. Cong. Concil. referunt Garcias dict. part. 9. cap. 2. num. 374. Barbosa *super Trident.* loc. cit. num. 108. et dict. allegat. 60. num. 53. et alii. (38. Examinatores privantur beneficiis antea obtentis, si occasione examinis, sive antea, sive post aliquid accipiant, etiam gratis, et liberaliter datum, et ad captandam benevolentiam, etiamsi res modica sit, et levis momenti; Nam a Tridentino loc. cit. prohibetur quidquam prorsus accipi occasione hujus examinis; sic resolvunt Garcias dict. part. 9. cap. 2. num. 390. Riccius *in Praxi* dict. part. 4. resolut. 76. num. 3. Barbosa *super Trident.* loc. cit. num. 109. et alii.

(39. Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renuntiare Episcopo, quos idoneos repererint. Sic decisum fuisse a Sacra Congreg. Concil. referunt Garcias d. part. 9. cap. 2. n. 104. Barbosa *super Trident.* loc. cit. n. 100. et in *Summ. Apostol. decis.* verb. *Examinatores Synodales* n. 16. et alii. (40. Approbatus dicitur in concursu, qui ultra dimidium vocum fuerit consecutus, quamvis alius omnia suffragia prospera reportaverit; sic decisum fuisse a Sac. Cong. Concil. referunt Garcias d. part. 9. cap. 2. n. 109. et Barbosa in *Summ. Apostol. decis.* verb. *Examinatores Synodales* n. 15. et *super Trident.* loc. cit. n. 116. (41. Examinatorum vota, licet Concilium non expresserit an palam, vel secreto fieri debeant, magis tamen expedit, ut Examinatores inter se sua vota conferant. Deinde Notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat Titium approbatum idoneum; Sejum vero reprobatum, ut sit Romæ. Sac. Cong. Concil. penes Garciam dict. part. 9. cap. 2. num. 107. et Barbosam in *Summ. Apostolic. dec.* verb. *Examinatores Synodales* n. 17. et *super Trident.* loc. cit. num. 112.

(42. Examinatores debent dare vota, dum simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim, sicut etiam Episcopus, ubi datur locus accessui, debet accedere Examinatoribus simul congregatis. Garcias d. part. 9. cap. 2. n. 58. Massobrius *in Praxi*, requisit. 4. dub. 4. Barbosa *super Trident.* loc. cit. n. 113. Card. de Luca *de Paroch.* disc. 1. num. 21. et 27. disc. 3. num. 7. et disc. 37. num. 19. et alii.

(43. Examinatores tenentur facere relationem, etiam circa mores, ætatem, et reliqua, et debent renuntiare quotquot idonei iudicati fuerint; Episcopus vero debet ex iis qui renuntiati fuerint, magis idoneum eligere. Sac. Cong. Concil. apud Garciam *de Benefic.* part. 5. cap. 7. n. 11. et part. 6. cap. 2. n. 236. et part. 9. c. 2. n. 108. Barbosa in *Summ. Apostolic. decis.* verb. *Examinatores Synodales* n. 18. (44. Examinatoribus approbantibus aliquem tamquam magis idoneum in scientia, cujus tamen mores ignorantur, et habentibus alium non tam doctum, sed ab eis cognitum, et approbatum in moribus, hic ultimus est præferendus. Sac. Cong. Concil. apud ipsum Garciam d. part. 9. cap. 2. n. 111. Barbosa loc. cit. n. 19.

(45. Non pertinet ad Examinatores Synodales, sed ad solum Episcopum judicare quis ex concurrentibus ad parochiam vacantem sit magis idoneus. Sac. Cong. Concil. testibus Zerola in *Praxi Episcop.* part. 1. verb. *Parochia* § 2. Armendar. in addit. ad recop. *Legum Navarre* lib. 1. tit. 18. l. 7. n. 58. Barbosa loco cit. n. 21. Vide ad rem Card. de Lugo t. 2. disp. 33. sect. 5. n. 64. (46. Examinatores debent vota sua dare, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, potest enim, cui maluerit ex approbatis, beneficium conferre, non habitatione calculorum ipsorum votorum; et debet expectare, ut Examinatores renuntiant, quos judicaverint idoneos. Sac. Cong. Concil. apud Massobr. in *Praxi habendi concursum*, requisit. 4. dub. 4. Barbosa loc. cit. n. 20. (47. Idonei, et approbati dicuntur illi, qui habent majorem partem votorum favorabilium, quamvis minor pars eos reproberet, minusque idoneos renuntiaret; quoniam tamquam in actu capitulari, seu collegiativo major pars trahit ad se minorem, eamque suffocat, ita ut habeatur, ac si actus ab omnibus gestus esset; Et talis approbatio idoneitatis absque distinctione votorum facta dicitur eo ipso, quod quis habet majorem partem, quæ constituitur etiam per dimidium vocum, quod excedat medietatem. Sic Card. de Luca *de Parochis* disc. 1. n. 18. et disc. 37. n. 20.

(48. Episcopus potest eligere etiam extra locum examinis, et absentibus ipsis examinatis. Garcias d. part. 9. cap. 2. num. 59. Massobr. dic. *Praxi* requisit. 5. dub. 20. Barbosa *super Conc.* sess. 24. cap. 18. num. 120. Card. de Luca *de Parochis* disc. 1. n. 20. et alii. (49. Episcopus in paritate votorum potest accedere quibus voluerit, ut si ex quatuor Examinatoribus, duo approbaverint, et duo reprobarint, accedendo Episco-

pus, vel Vicarius duobus approbantibus, Examinatus dicitur approbatus, et si accedit reprobandibus, dicitur reprobatum. Unde Episcopus ita accedendo potest aliquem ex non approbato facere approbatum ex declaratione Sac. Cong. Concil. edita sub die 29 Aprilis 1604. per quam casus deciditur in individuo tam circa adhesionem, quam circa prælectionem, cujus tenor præcisus, ut refert Card. de Luca *de Parochis* disc. 1. num. 14. et 15. est ut sequitur.

(50. Dubium. « An existentibus duobus concurrentibus examinatis a quatuor Examinatoribus, quorum unus reportavit omnia vota favorabilia, alter vero duo tantum favorabilia, possit Episcopus sui voti accessione approbare secundum; ita ut cum his secundus ultra dimidium, in cluso voto Episcopi, vota favorabilia habeat, sit iudicandus idoneus uti primus, ita ut liceat deinde Episcopo eligere ex his duobus, qui sibi magis idoneus videbitur? »

Die 29 Aprilis 1604.

« Congregatio censuit, eum quoque, quia duobus Examinatoribus approbatus, et ab aliis duobus reprobatum fuit, si Episcopus votis approbantium accesserit, quemadmodum ei licet per decretum Concilii cap. 18. sess. 24. approbatum intelligi, ac propterea posse etiam ad Parochialem vacantem regendam Episcopi electione præferri, si eo altero magis idoneum judicaverit. »

(51. In Diœcesi in qua sunt duæ Cathedralis unitæ, sunt deputandi in qualibet Examinatores distincti ab aliis alterius Cathedralis; Sac. Congreg. Concil. in Valvens. et Sulmonen. 7 Septembr. 1630. Pignatell. tom. 1. consult. 413. Card. de Luca *de Benefic.* disc. 10. num. 17. *de Parochis* disc. 3. n. 5. disc. 37. num. 16. *Annotat. ad Concil.* disc. 32. num. 6. et alii passim. (52. Vide tamen verb. *Synodus* n. 6. Alia vide verb. *Approbatio* art. 1. a num. 47. usque ad fin. verb. *Beneficia* art. 3. a num. 22 ad 54. et verb. *Concursus* art. 2 et 3. per tot.

(53. Examinis pro collatione Ecclesiarum Parochialium habendi forma præscribitur a Benedicto XIV. tom. Constitut. 68. incip. *Cum illud.* § 7. (54. Vide tom. 2. verb. *Concursus*, in principio Examinis forma a Dataria Apostolica servata proponitur locorum Ordinariis. Idem *ib.* § 7. (55. Examinatores iudicium ferre debent, non solum de Doctrina, sed etiam de aliis qualitibus requisitis in Parocho. Idem *ibid.* § 11. (56. Examen iterari non conceditur in iudicio appellationis, nisi ex actis prioris examinis probetur gravamen quoad doctrinam. Idem *ibid.* § 7. Vide verb. *Concursus*, ubi alia ad rem.

(57. Examinis Diœcesani Episcopi ante Ordinationem subijci debent etiam Regulares. Idem tom. 2. Const. 27. incip. *Impositi Nobis.*

(58. Examinatorum Synodali electionem fieri debere nomine, et cognomine, non vero titulo Officii, seu dignitatis tantum expresso, jam tradidi supra num. 25. ex decr. Sacræ Congreg. Concil. quæ iterum novissime, cum in Synodo Diœcesana Policastrensi

inter Examinatores Synodales deputatus fuisset etiam Vicarius Generalis Episcopi, sub solo nomine appellativo dignitatis Vicariatus, atque hic una cum aliis duobus Examinatoribus Synodalibus interfuisset concursui habito ad quamdam Parochialem, die 19 Septembris 1745. concursum convallidavit ad cautelam, sed simul scribendum dixit Episcopo, Vicarium Generalem, non posse deinceps Synodalis Examinatoris munus exercere, nisi proprio expresso nomine ad illud iterum deputaretur, ut refert Benedictus XIV. *de Synodo Diœces.* lib. 4. c. 7. n. 5.

(59. Examinatores Synodales durant usque ad novam Synodum, licet quolibet anno non celebretur; Sacra Congreg. Concil. in Imolen. 10 Decemb. 1695. (60. Si autem aut omnes, aut aliqui ex designatis in ultima Synodo moriantur, vel in longinqua recedant, tunc, si saltem sex ex designatis remaneant, Episcopus istis uti debet, nec potest alios pro mortuis, aut e Diœcesi discessis substituere. (61. Si vero sex saltem non supersint, tunc ex Decreto Clementis VIII. relato a Garcia *de Beneficiis* part. 9. cap. 2. num. 72. et a Fagnano in cap. *Cum sit ars*, nu. 14. *de Ætate et qualitat.* possunt Episcopi alios subrogare, dummodo præditi sint qualitibus a Tridentino præscriptis, a Capitulo approbentur, et una simul ex electis in Synodo sex non excedant; et id fiat intra annum a Synodo celebrata, quo elapso talis facultas, et eorum auctoritas statim expirat. Idem cit. lib. 4. cap. 7. n. 7 et 8. Vide tom. 2. verb. *Concursus* art. 2.

(62. Si ex Examinatoribus non subrogatis, sed in ultima Synodo electis sex supersint extant, omnes perseverant in officio, et illis uti debet Episcopus in concursibus ad Parochiales. (63. At si vel unus ex illis decesserit, ita ut, ex electis in Synodo sex non remaneant, omnium eorum munus expirat, et nullo ex illis uti poterit Episcopus in dictis concursibus, ut censuit Sacra Congregatio Concilii apud Garciam cit. cap. 2. num. 73. Fagnanum loc. cit. num. 14. Massobrius in *Praxi habendi concursum* requisit. 12. dub. 4. et refert idem Benedict. loc. cit. num. 8. qui num. 9. recte subjungit, quod elapso anno, et non existentibus sex Examinatoribus in Synodo electis, ut valide possit institui concursus, necesse est ut Episcopus vel novam Synodum celebret, in qua sufficiens numerus Examinatorum eligatur, vel facultatem petat a Sacra Congregatione Concilii novos Examinatores extra Synodum deputandi.

(64. Alias si concursus fiat coram Examinatoribus extra Synodum designatis ab Episcopo, nulla ad hoc instructa speciali facultate, erit nullus; Hinc cum in Diœcesi Bracharensi plures Parochiales collatæ fuissent concurrentibus approbatis ab Examinatoribus extra Synodum deputatis ab Archiepiscopo cum consensu Capituli, opus deinde fuit, ut qui illas obtinuerant preces porrigerent Summo Pontifici, ut suprema sua auctoritate earundem collationes convallidaret; et Sacra Congreg. Concil. ad quam